



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

III. Quam obligationem, & actionem contractus inducat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Titio de dando fundo pro grege ouium, fundumque ei tradideris precedens pactum, uelitur, & vi illius competit tibi aduersus Titium actio ciuili, vel qua datum repetere possis que uocatur conditio, seu repetitio dati ob causam, causa non secuta, uel qua Titium compellas, ut gregem soluat, uel quantum tua interest non esse solutum. Et licet eligas agere ad repetendum datum non obinde impeditis agere simul ad interfecte, seu damna secuta ex eo quod alter contractum non impleuerit. Vti tradit Gregor. Lopez. leg. regia. 43. tit. 14. par. 5. Molina alios referens tract. 2. disp. 251. circa med. Secundo uelitur uerbis nempe addita stipulatione contractui nudo iuxta leg. omnes. Cod. de contrahenda & committenda stipulat. Et leg. 1. §. uerbu. ff. de actionib. Et obligat. Hanc enim vim habet stipulatio, ut contractus innominatos nominatos reddat. leg. ex placito Cod. de rerum permutat. Quo fit ut recte aduertunt Bart. in leg. 2. ff. de condit. ob causam Anton. Gomez. l. 2. var. cap. 2. n. 4. Molina dicta. disp. 255. circa med. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 2. num. 2. Hoc tempore raro contractus nudo celebrati, cum fere omnes litteris coram publico tabellione mandentur, qui quolibet contrahentem nomine alterius interrogat an alteri stipuletur, & reciprocas sponfiones, & stipulationes subscibat. Tertio uelitur contractus eo ipso quo specificum nomen sortitur; quia censetur in suo esse perfectus iuxta Glossa. in dicta leg. iuri. gentium. uerbo similes. ff. de Pactis. Quare omnes contractus nominati ueluti sunt, secus innominati nisi re ipsa perficiantur. Quarto coherentia ad pactum aliud uelitur. Ut si uendam tibi domum 1000. aureis, & inconuenienter conueniantur de illius habitatione pro ueste, aliaue re a me exhibenda; hoc secundum pactum priori accessorium est per se spectatum nudum & infirmum sit, actionemque ciuilem non pariat, at qua uenditioni que est contractus firmatus accedit, illius naturam consequitur, & actionem mihi tribuit non solum ad te compellendum pro pretio, sed etiam ad compellendum pro domus habitatione, & colligitur ex dicta leg. iuri. gentium. §. quimmo ff. de Pactis. & tradit Glossa, & Bart. ibi. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. Gloss. 3. n. 24. Rebell. 2. p. de bigar. iustit. lib. 1. q. 3. n. 4. Molina, Lessius, & Layman. locu citatis. Quinto si iuramentum pacto nudo accedat reddit pactum uelitur, & firmatum, actionem iure ciuili concedens. Nam esto grauis si difficultas qualiter contractus alioquin nulli, firmari iuramento possint, de quo late tract. de iuramento pun. 9. dictam est; at cum contractus non est ipso iure nullus, sed ualidus, uti est pactum nudum optime firmari iuramento potest. Vti aduersus Bart. in d. leg. iuri. gentium. §. quimmo. num. 1. 6. Et leg. si quis pro eo in princ. ff. de fideiussorib. tradit Couarruu. cap. quimus pactum. 1. p. §. 2. et 2. p. §. 4. nume. 1. Mol. disp. 256. Sexto iuris auxilio, seu privilegio legis dicere possumus pacta firmari, hanc namque quibus legis privilegio actio ciuili conceditur. Quae autem sint haec pacta enumerat Glossa. in leg. iuri. gentium. §. sed cum nulla. uerbo iuri. ff. de Pactis, & §. de constituta uerbo nulla iustit. de actionib. praecipua sunt pactum ex donatione acceptata. leg. si quis argenteum. §. ult. Cod. de Donationib. Et §. alia autem iustit. eodem tit. Ibi enim praedicto pacto conceditur actio quae transit ad haeredes donatarij, & aduersus haeredes promittentis. Item pactum, seu promissio acceptata de ratenda dote iuxta leg. ad exat. Cod. de dotis promissione Et leg. unica. Cod. de rei uxoria actione in princ. Deinde promissio soluendi debitum alienum, uel soluendi proprium alio die, & loco ac debitum erat, iuxta l. 1. ff. de constituta pecunia, Et §. de constituta iustit. de actionib. Praeterea nudum pactum pignoris est contractui uelito non cohereat. iuxta leg. si tibi. §. de pignoribus. ff. de Pactis.

PUNCTUM III.

Quam obligationem, & actionem contractus inducat.

1. Ex contractu nominato non solum naturalis, sed ciuili obligatio afficit contrahente.
2. Si contractus nominatus firmetur ex utraque parte neutri penitere licet. Si ex una tantum ea poterit agere de interesse, uel ad dissolutionem contractus.
3. At ex pacto nudo oritur oblig. Proponitur dubitandi ratio.
4. Communis sententia adruit obligationem inducere in conscientia, sed non in foro iudiciali.
5. Soluitur dubitandi ratio.
6. Qui contractus a praedicta regula excipiuntur.
7. An in foro Ecclesiastico, & terris Pontifici subiectis actio detur ex pacto nudo? Qui affirmant.
8. Procedit sententia si expressione causa contractus celebratus est.
9. Contraria sententia probabilis uidetur.
10. Spectato iure uostri regni ex pacto nudo certum est actionem dari.

EX contractu nominato obligari etiam ciuiliiter quolibet contrahentem ad illius executionem, neque posse altero

renuente ponere communis est doctorum sententia in leg. huiusmodi ff. de pactis, & leg. sicut Cod. de actio. Et ob id. Enim est praecipua differentia contractus nominati ab innominato, quod nominatus contractus obligationem pariat, & actionem ciuilem, quam tamen non concedit contractus innominatus per se spectatus iuxta leg. iurigenium. §. sed cum nulla ff. de pactis. Excipe tamen contractus innominatos mercatorum, ex his enim obligatio, & actio nascitur, ac si nominati contractus essent ob exuberantem eorum fidem, & fidelitatem teste Tiraquelo alios referente de pennis casu 50. num. 150. Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 1. q. 3. n. 12. Et 21.

At si contractus innominatus firmetur iuxta dicta superiori puncto tunc distinguendum est, si ex utraque parte complexus sit neutri penitere licet altero renuente, quin potius alteri de extinctione obligetur. iuxta leg. naturalis §. 1. de praescriptis uerbis Et leg. iurigenium §. 1. ff. de pactis. Et leg. regiam 3. tit. 14. par. 5. Quod si adimplens contractum ex sua parte nolit agere ad illius completam executionem, sed uelit illius dissolutionem, poterit agere, ut sibi donatum reddatur conditione causae non secuta iuxta leg. 1. uerbo. ff. de rerum permutat. Et leg. naturalis §. 1. ff. de praescriptis uerbis, ubi consultus inquit. Dubium non est nati ciuilem obligationem, in qua actioe id uenit, non ut reddas id quod receperis, sed ut damnum mihi quanti interest meum illud de quo conceptus accipere, uel si meum recipere uelim repotam quod datum est quasi ob rem datam re non secuta. Quod intelligendum est quando culpabiliter non impleti ex alia parte. Nam si probes non fuisse in mora implendi contractum necesse ad illius dissolutionem agere ex leg. si pecuniam ff. de conditione Et ibi Glossa & Bart. & notat Anton. Gomez. de contractibus capite 8. num. 17. 3. Mol. disputat 257. num. 14.

Quocirca quaestio solum est de pacto, seu contractu uelito, an in foro conscientiae obligatiorem pariat? Ratio difficultatis est, quia spectato iure Caesareo ab his contractibus te integra resiliat quilibet contrahens potest, ut in dictis legibus uideatur permittitur, sed credendum est contrahentes hac intentione contrahere nimirum ut possint ad contractum re integra resiliare, quia hac intentio est legibus conformis. Ego in foro conscientiae hic contractus nullam inducit obligationem; inuita enim est obligatio, quam pro libro excurrere contrahens potest.

Nihilominus communis, & fere cetera sententia est contrahentes in foro conscientiae obligatos esse sub graui culpa situm contractui, si materia grauis sit. Sicuti docet Cosmann. cap. quamuis pactum de pactis 2. p. §. 4. m. 13. Ant. Gem. de contract. c. 8. n. 3. Et cap. 9. num. 2. Padilla in leg. ualidus §. ubi quidem n. 17. ff. de praescriptis uerbis. Mol. tract. 2. 257. in princ. Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 1. q. 3. num. 19. Lessius lib. 2. cap. 17. d. n. 4. num. 21. Lau. Layman. l. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 1. & alij apud ipsos. Ratio est quia spectato iure naturali aequo per pactum nudum contrahitur obligatio standi contractui, se per pactum uelitur, ne que intra limites illius fori uilium erit discrimen pro obligatione inducenda. At in ciuile est ob uitandum litium multipliciterm noluit actum concedere in iudicio pro executione pacti nudi, obligationem tamen naturalem non annullauit, quimmo eam approbare uilum est, siquidem soluturum ex huiusmodi debito retinere concedi non fuit in conscientiae foro fide iudiciali aduerit repetentem, penitereque si alteri aliquid debeas etiam legali obligatione compentatione uti, & exceptione tantum tibi ex pacto nudo esse debent, quam compentationem iudex admittere obligatur, qua esto ex pacto nudo non detur actio, datur tamen ciuili exceptio. Sicuti tradit Vpian. in leg. iurigenium in princ. Et §. sed cum nulla ff. de pactis. Quimodò si fideiussor praedicto pacto accedat, uel pignus detur, & retineri pignus potest, & aduersus fideiussorem agi leg. fideiussor. §. fideiussor. ff. de fideiussorib. Que nullatenus consistere possent, si ex pacto nudo contrahentes naturaliter obligati non essent.

Neque ratio dubitandi obstat nego enim iure Caesareo concedi culibet contrahenti re integra eisdere obligatiorem posse, & penitere contractus altero renuente, sed solum id licere quando alter est in mora renuente stare contractui; leges uero concedentes penitentiam in pactis nudis re integra uel ex parte illius qui soluit, non approbando sed permittendo procedunt, ne litia multiplicentur. Sicuti aduertit Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 1. q. 3. n. 21.

Ab hac tamen doctrina excipiendi sunt contractus mandati, depositi, precarij, & societatis in quibus nullum tempus praetium est, quia tacitam imbunt conditionem, ut pro uoluntate cuiuscumque contrahentis dissolui possint. Sicuti ex Glossa leg. si pecuniam ff. de conditione causa data aduertit Rebell. 1. p. de obligat. iustit. lib. 1. quest. 4. numer. 9. Molina disp. 256. in fine.

Gravior dubitatio est, an spectato iure canonico locum quod in terris Romano Pontifici subiectis procedi licet, & in toto Christiano orbe in causis ecclesiasticis, uel circa personas ecclesiasticas concedatur actio ex pacto nudo. Affirmat ex communi sententia Glossa, Felin & Abbas in cap. 1. de pactis. Et idem Abbas in cap. si casus de fide in firmamento. Ansa Com.

PUNCTUM IV.

Qui contrahere possint?

§. I.

Qualiter mente capti, surdi, & muti contrahere prohibeantur?

- 1. Carens usu rationis contrahere non potest.
- 2. Mutus, & surdus, modo non sit à natiuitate, contrahere potest, excepto stipulationis contractu.

Regula generalis est, neminem usu rationis carentem contrahere posse, quia nequit pactum ratione, & humanum iure, ex quo se alteri, & alterum sibi obliget. Quapropter furiosus, mente captus, phreneticus, dormiens, ebrius, imbeciles sunt ad contrahendum interim dum hunc defectum patiuntur. Vti tradunt omnes, & colligitur ex leg. in negotiis ff. de regulis iuris leg. 1. §. furiosus ff. de obligat. & actio. leg. 1. & per totum ff. de curatore furioso, §. furiosus in iure. de mutis. stipulationibus. è contra vero omnes habentes rationis usum, &c. habiles sunt ad contrahendum, nisi speciali lege prohibeantur. Quapropter videndum est qui sint prohibiti, vnde colligamus qui possint contrahere.

Surdus & mutus, etsi contractum stipulationis celebrare non possit, eo quod nequeat verba predicto contractui necessaria proferre, atque reliquos contractus, & quasi contractus emptionis, venditionis, mutui, pignori, mandati, negotiorum gestorum celebrare optime poterit. ex leg. si stipulatur §. si si de verber obligat. §. leg. 1. §. si. leg. obligatur leg. in quibus sumptus ff. de actio. & obligat. §. mutus in iure. de mutis. stipulas. Quod intelligendum est quando est mutus & surdus ex accidenti, & ex post facto. Nam si à natiuitate esset, nequaquam posset contrahere: quia difficillimè suum animum valeret exprimere. argum. textus in leg. discretis Coa. de iustitiam. ideoque ei tanquam dementi assignatur curator leg. seruo iure, §. si pupillo. ff. ad Trebellian. & multis comprobatur Anton. Gomez, tit. 2. variat. resolut. cap. 14. num. 20. Conuentus Sanchez lib. 3. de sponsal. dist. 8. num. 14. tamen si post bilitas contrahendi matrimonium ei non denegetur, eo quod naturam huius contractus facilius percipere possit, & signis explicare suum consensum, & propensionem naturæ ad ipsum.

§. II.

Quousque prodigo interdictum sit contrahere?

- 1. Qui sit prodigus, & qualiter bonorum administratio est interdicta.
- 2. Nequit civiliter, nec naturaliter obligari absque tutoris auctoritate.
- 3. Negant plures notorid prodigum contrahere, & restari posse esse bonorum administratio interdita non sit.
- 4. Verius est oppositum.
- 5. Satisfit contraria sententia fundamentis.
- 6. Affirmant plures ipso iure privatum esse administrationem bonorum aliorum.
- 7. Oppositum placet.
- 8. Affirmant plures si presumpso prodigo bonorum administratio interdicta, quæmibi contractum ab ipso absque tutoris auctoritate insum, esse nullum.
- 9. Temperat Ripa hanc sententiam, ut procedat cum in iudicio contradist. rio curator assignatus est.
- 10. Verius est in foro conscientie non esse impedimentum à contrahendo.
- 11. Tamen si plures censent facta prodigi declaratione bonis censeri interdictum, oppositum verius est.
- 12. Ex eo quod iudex prohibet cum prodigo contrahere, est illi bonorum administratio interdita, & sic iure negent.
- 13. Idem est si iudex prodigo curatorem assignat.
- 14. Oportet esse notum prodigo bonis esse interdictum.
- 15. Prodigus ex delicto obligatur.
- 16. Plures satis probabiliter affirmant ob alia vitia maxime luxuria bonis interdicti posse.
- 17. Verius est ob nullum vitium præter prodigalitatem.

Prodigus est qui indiscretè, & inconsultè suum patrimonium deuitat. Ob quam causam dixit Bald. leg. si cui leg. ff. de testam. prodigum esse qui à recto suarum actionum regimine procul est. Hinc, causa cognita, suorum bonorum administrationem iudex interdicit, & curatorem designat leg. 1. §. segg. ff. de curatore furioso, prodigo, &c. Quo facto nequit absque tutoris auctoritate civiliter, imò

tit. 2. de contractibus cap. 2. in calce num. 2. Couartius cap. quamuis pactum. 2. p. §. 4. num. 14. Molina tit. 2. disp. 257. post in iure. Rebell. p. de obligat. iustit. lib. 1. quæst. 3. num. 15. Lessius lib. 2. de iust. cap. 17. dub. 6. Layman. lib. 3. sect. 5. tract. 4. cap. 2. circa finem. Docentur tum ex cap. 1. de pactis, tum ex cap. quatuor eodem tit. quatenus absolute absque vlla distinctione dicunt pacta esse seruanda, & custodienda, sed actio est medium efficax ad illorum obseruationem. Ergo tacite illis verbis actio conceditur. Item pacta nuda obligationem in foro conscientie inducunt. At Ecclesie incumbit, vt fideles suis obligationibus satisficiant, cui satisfactioni non leuiter conducit, si contrahentibus actio concedatur, ergo censenda est concessa.

Adertur tamen relati doctores ex pacto nudo tibi competere actionem, vt cogas debitorem contractum implere, si probes expressione causa celebratum esse, secus vero si absque causa contractus celebratus est, exemplo res manifestatur. Agis aduersus Titium, vt tibi soluat 100. promissa, effectum non obtinebis, nisi vel scriptura, vel testibus constet ex dono, & gratitudine vel in mutuum, vel ob fundum à te donatum promissa esse, alius à debitore expecti potest, si afferat se sub conditione, vel causa in futurum pendere v. g. sub conditione obsequii præstandi, vel fundum donandi promississe, & quouque contrarium probes ab agendo repellentis. At quando scriptura, vel testibus constat ex causa non futura, sed præfenti illa centum promissa esse cogitur Titius solvere, nisi ipse probet causam non existisse. Quod non solum habet verum in pacto nudo, sed etiam in promissione stipulata. Neque ex stipulatu actio aduersus promissorem conceditur, nisi constiterit ex causa stipulationis factam esse. Vt colligitur ex leg. 2. §. itea primis specim. ff. de soli mali. & mutis exceptione in illa quæstio verbo sine causa, & pluribus firmat Anton. Gomez, tit. 2. variat. cap. 11. num. 3. Hæc enim in statuta sunt ad fraudes, & dolos vitandos, Neque obest promittentem absque causa censeri donare. leg. Canticus ff. de operi. liberorum, quia id intelligi debet, cum constiterit promittentem intellexisse nullam aliam causam adesse. Quod cum id non presumatur nisi à te probatum fuerit non cogitur Titius solvere.

Ceterum quamuis prædicta sententia concedens iure canonico actionem pacto nudo conueniunt sit ac proinde praxi tenenda, & consulenda. Contraria tamen negans actionem laici probabilis est. Vti placuit Saliceto in leg. legem quæst. 7. ff. de pactis, Angelo Arceino §. in personam circa finem in iure. de actionibus. Alciato. tit. 5. paradoxa. cap. 3. Andrea Fachino lib. 2. contro. vers. cap. 101. & alijs relatis à Couartio. dist. §. 4. num. 15. Anton. Gomez. cap. 8. num. 4. Ducor, quia decisioni cuius standum est in iure canonico, cum contrarium ibidem decium non reperitur cap. 1. & 2. de noui operi. nuntiar. At iure canonico non reperitur pactis nudis actionem concedi. Nam textus in cap. licet de p. ff. id non probant, cum solum ibidem dicitur pacta obseruanda. Quod id ipsum dicitur in dicta leg. intelligendum §. ait prætor, & tamen inde non inferitur actionem in civili foro concessam esse, quia illa verba solum indicant pacta obseruanda esse in foro conscientie, resp. tu cuius obligationem inducunt. Adde seruanda esse in foro externo non instituta actione aduersarij, sed denunciatione canonica iudici facta, vt ipse ex officio compellat ad illorum obseruationem. Cum enim omnibus iudicibus maxime ecclesiasticis competat diligenter curare, ne peccata committantur, & ex pacto nudo obligatio in conscientia nascatur, efficitur cum constiterit contrahentem culpabiliter remere stare, posse à iudice compelli iuxta textum in cap. noui de iudicio, & tradit Felin. cap. 1. de pactis num. 10. Bait. in extrauag. ad reprimendum verbo denunciationem. n. 10. Mo. in. tract. 2. disp. 257. vers. ol. s. vna. Laym. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 1. in fine. Oportet autem ad hanc denunciationem, & iudicis compulsionem delictum esse manifestum: neque enim admittenda est cum causa probatione, alius actio ex vno capite negata aliunde admitteretur. Præterea ius civile ne lites multiplicentur pactis nudis actionem denegat, ac ius canonicum non minus litium multiplicatam vitare studet. cap. finem lib. 1. de delo. & contumacia. Ergo æquè actionem pactis nudis denegare debet. Neque refert actionis concessionem esse medium efficax ad obligationem in foro conscientie exequendam quia est medium graui incommo, scilicet litium fomento lubricum.

Certum vero existimio spectato iure regio Castellæ leg. 3. tit. 8. lib. 3. ord. nau. que est lex. 2. tit. 16. lib. 5. noua collecti. ex quolibet pacto nudo obligationem, & actionem orti, sicut si stipulatione vallatus esset, quia ad huiusmodi actionem & obligationem solum exigit lex, vt constat de voluntate contrahentium de obligandi ibi faciendo que aliquo se quis obligat a otro por promission, o contrato, o de otra manera sea tenudo de cumplir aquello a que se obligo, y no pueda poner excusa, &c. Atque ita docet Anton. Gom. tit. 2. de con. act. cap. 8. num. 4. & cap. 9. num. 3. Gregor. Lopez leg. 3. tit. 6. verbo. qualquiera de las partes, & leg. 1. tit. 11. verbo gran. pro & leg. tit. 4. Gloss. 1. par. 5. Couartio. lib. 1. var. cap. 14. num. 13. Molina. tract. 2. disp. 257. in fine. Rebell. 2. par. de obligat. iust. lib. 1. quæst. 3. n. 12. & 22.